

1870
Rever. in Christum
Dn. Sebastiano Hoeygere,
Scholae Sangall. Rectori,
et ecclesie ministro vi-
gilantissimo, Dn. & ami-
co peramanter colendo.

Sing. alt.

115
S. pl. A multo jam tempore; Doctissime Viri, Frater in Christo charissime; literas ad Te de-
stinaveram. sed nefcio quo fato ipse defictorio meo nunquam hactenus sibi pervenit. Satisfa-
ciendum tamen, in officio meo profus deesse, et ingrati animi crimine notari velim.
Tuum, Viri doctissime, et reliquorum DN. Chaganum in me affectum, quo factum est, ut ~~resol-
v~~
Alumnorum Vestrorum, posthabitis falsissimis in illo negotio innocentia mea accusationibus,
quae quorundam invidiam mihi etiamnum conflant, mihi antehac commiseritis, merito exse-
lor, nec unquam grata mente agnosere desinam. Utinam illi respondere possem! Pro virili
autem ab illo tempore, quo mecum habitant, in id unum mihi incumbendum putavi, ut docti-
ores ex nostro Gymnasio ad Academias dimitti possint. Cum in finem in Hebraicis, et Graecis
cumprius literis eos diligenter, sapiusque exerceo: nec, uti spero, sine fructu. Quomodo
autem donorum in eis observo discrimen, sic etiam profectuum. Ita tamen fingam in suis ver-
santur studiis, ut in eorum diligentia facile acquiescam. Quoniam vero studiorum su-
rum apud nos orbem propius fortasse autumnis conficiunt, paulatim de aliis Musarum
sede una mecum solliciti esse incipiunt. Non me lalet, plerisque ex Vestralibus (siquis Diti-
lean mitti: nec consuetudinem illam improbo. Necessitas huiusmodi hanc meliorum exortit.
Siccitati enim bello Academia Germanica ita vel debilitata, vel funditus evulsa fue-
runt, ut fere non nisi intra patria limites Musarum domicilia integra manserint et illece-
facta. Cum autem, alma pace afflictis Germania restituta, ejus Academia resurgant,
satis observata consuetudo utiliter fortasse mutari, vestris, aliorum transferri possent.
Inter omnes Germania Academiae primas tenere videtur Marpurgenis. Quomodo
enim illa inter ipsos etiam armorum strepitus, feliciter (siquis) conservata fuit, ita nunc,
in pristinam demum sedem translata, mirifice floret. Quidam certe ex meis antehac do-
mesticis, Theologiae ibi per biennium studiosus, non tantum Professores, sed amonae etiam
vilitatem valde commendat. Meo ergo iudicio non male ageres, si paulatim Procerum
vestrorum animos ad hanc sententiam allicere studeres, non quidem, quati id me docta-
toris, praefere, aut impulsore fieret, sed tua sponte, tuaque iudicio. Prudentia tua rem
committo tibi. ~~Quis fuito sibi opus, et, an aliquis tentare consuetam, nullo negotio~~
videbis. In tua fide maximam Alumnus vestri spem collocatam habent. Sed satis.
Nolim enim primas meas ego prolixiores esse. Ubi das tibi gratas fuisse sensero, in po-
sterum, Eri tui, frequentiores accipies. Quod reliquum est, Te, cum Venerandis et
doctissimis DN. Fratribus et Collegis, officiosissime saluto, moque meoque omnes favori
Vestro diligentissime commendo. Tiguri, VII. Id. Junii, Ao. MDC LVI.

R. D. A.
adhibitissimus

Joh. Casparus Fricerus.

114
Sipl. Utinam vero; Reverende et doctissime Viri; aliqua saltem ex parte
et tua, et reliquorum apud vos doctissimorum Virorum expectationi sa-
tisfecissem! Ea mihi, pro tua humanitate et indulgentia, tribuis, quae in in-
stitutione Alumnorum vestrorum unice semper exoptavi, vix unquam
autem sum affecturus. Id unum me erigit et recreat, quod in mea benignae
acquiescentis opera; quam Vobis Vestrisque omnibus in posterum quoque pro-
tipi polliceor. Quod de Graecis scribis, ipse etiam jam olim observavi.
Verum cum Grammatica ejus non tantum paucorum tenetur manibus, sed me-
thodus etiam in orationis regni et Coelexi analysi incipientibus potius,
quam aliquo usque progressu destinata videatur, operae precium me dachu-
rum confido, si defectum illum compensari, aliamque, discipulis meis conve-
nientiorum, methodum observem. Hunc in finem quatuor orationes, duas
nimirum Chrysostomi de oratione, totidem Basilii in verbis Apostoli, et Coe-
lexi orationis; et regni haereticorum, adjecta Anarthographor centuria,
ad praedictum paro. Specimen propinquo, tibi tibi, videbis. Meum de Gram-
matica Hebraea et Graeca confitium petis. In Hebraea quidem tecum multa
desidero: et paradigmatum cum primis confusam tractationem, memoriam
desertentium onerare existimo. Hinc aliquot abhinc annis, literas Hebraicas
in Auditorio nostro docens, saepius de redigendis in tabulam Paradigmati-
bus cogitavi. Aliam vero postmodum nactus Professionem, alii hanc cu-
ram demandare, quam factam in alienam immittere me ipsum malui. Ne
tamen tua desse viderer petitioni, cum Typographo nostro hoc de re
egit, a quo mihi responsum fuit, omnibus Grammaticae illius exemplaribus ser-
vatis, accuratorem ab ipso Autore adornari editionem. Hanc igitur
expectare, quam potius in Gymnasium vestrum introducere, consultius
videatur. Quod ad Graecam attinet, ubi a Dialectorum discesseris variabile,
nullo insigni defectu laborat. Tradit enim paradigmata Nominum et
Verborum cum sequi maxime necessariis: quae quidem sufficere putat. Non
enim eorum mihi probatur, superstitiosa diligentia, qui in tradendis lin-
guis minutias tantum sectantur Grammaticas, nec altius assurgunt. Dicentium
enim saepus non est, semper inherere rudimentis, sed ad Linguarum co-
gnitionem ceteri gradu properare. Quae quo, quaeque, ratione alia, quam
diligenti et frequenti autorum lectione pervenire possunt? Quoties
Petrus Logicus, Petrus Afinus; quid de meo Grammatico judicantur? Et
profecto tantum abest, ut Grammaticas nostras defectu laborare autem,
ut potius multa inania, multa sine causa posita, multa super vacanea
relecta mallet. Compendia ubique tutissima et gratissima sunt. Neque
tamen diffideo, multa corrigi posse, adhuc plura vero refeceri. Habes
paucis meum ad tuas responsum, solum potius, quam, ob varia negotia,
accurate scriptum. Alio forte tempore pluribus, si necesse fuerit, de hoc
ipso themate. Atque nunc quidem, Vir doctissime, vale, mihi que favere
perge. saltem de, quae, plurimum Venerando D. N. Decano, et reliquis
honorandis in Christo fratribus atque Collegis. Signi 13. Cal. Novemb.

R. D. I. studiosissimus
Joh. Casparus Juvencus.

Reverendo, doctissimo, Viri, D.
Joh. Sebastianus Huggers, 1791. 11.
et Gymnasii Praeceptoris, Reclm. m.
aliquo, D. N. m. in P. T. T. T.
aliquo, amant.

Franc.
Lang

